Morbio 24 (123)

[illegible library stamp]

Nulla profecto satis conveniens condignaque merces illis impendi potest: qui se doctrinae penitus dedecunt: ac contemptis reiectisque mundi delitijs ad inquirende virtutis studia sese contulerunt Existimantes
multo esse praeclarius bonarum virtutum atque Scientiarum investigare ac scire rationem quam in cumulandis congregandisque opibus inhaerere. Unde bene quidem et sapienter a maioribus nostris ad incitandos hominum animos
[illegible] est, ut nullum virtutis genus sine magno aliquo aut utilitatis aut honoris praemio esse voluerunt, Si quidem prisci illi Romanorum Reges et Imperatores tantam in hac re curam et diligentiam habuerunt ut [illegible]
[illegible] memorabile facinus patraret cui non esset corona constituta: tanquam ipsorum fortitudinis laudisque praeconium: Nam qui primus hostiles muros conscenderat: qui primus castrorum vallum intraverat: qui navali proelio in
[illegible] navium in armatus transilierat: ij Murali: castrensi: Rostrata corona (quam ut plurimum ex auro fiebat) donari consueverunt. Si quis vero ab hostium manibus Civem eripuisset incolumem corona ex quercu [illegible]
donabat. Cuius autem virtus patriam obsidione liberabat: hunc corona graminea (quam obsidionalis dicitur) ornabat: Sic quoque decet ut docti viri liberalibus disciplinis imbuti: qui se probatos declaraverunt ac amplissim[illegible]
[illegible] virtutis et doctrinae laborumque suorum testimonium fecerunt non inferiori dignitate et laude: quin et egregia oratione coronaque doctorali decorent ad eorum gloriam illustrandam et amplificandam. Cum igitur doctissimus vir
[illegible]iscus Hatta filius quondam Magnifici ac Insignis equitis et Clarissimi Iuris utriusque doctoris domini Georgij Hatta Civis Casalensis patriae Montisferrati quem eius praeclara virtus et laudabilia gesta reddunt insignem Hactenus studu[illegible]
[illegible] et Bononiae ubi studia vigent generalia Sic divina favente clementia in Iure Civili Canonicoque profecerit et idem dominus Francesci tanquam vir amplissimus virtutibus decoratus heri solenniter praesentatus fuit in gl[illegible]
sima Civitate Ferrariae coram Reverendo et Eximio decretorum doctore domino Georgio de priscianis Cive Ferrariensi in Spiritualibus et temporalibus Vicario generali Illustrissimi et Reverendissimi in Christo patris et domini domini hippolito S[illegible] [illegible]ucia in Sili[illegible]
Diaconi Cardinalis [illegible] Episcopi Ferrariensi dignissimi: Necnon huius florentissimi generalis studij praemeriti Cancellarij per famosissimos dominum Iacopinum Riminaldum Iuris utriusque doctorem eximium: et dominum Andream Maphei legum doctorem et
eiusdem domini Francisci promotores dignissimos: Suppositusque hodie rigoroso ac perterrendo Examini et [illegible] priorum doctorum venerandi Collegij Iuris utriusque Civitatis Ferrariae: quos idem dominus Vicarius pro privato examine
in dictis facultatibus more solito convocari et congregari mandavit: Taliter se habuit idem dominus Francesci in dicto Examine puncta sibi assignata doctoreo modo legendo Argumenta doctorum reassumendo: ipsis [illegible]
[illegible] respondendo [illegible] suis virtutibus et meritis exigentibus ab omnibus et singulis andicti collegij doctoribus in dictis Iuris civilis Canonicique facultatibus unanimiter et concorditer ipsorum nemine penitus discrepante cum ma[illegible]
[illegible] summo honore meruit approbari et extitit non immerito approbatus et sufficiens reputatus et habitus, non solum ad hoc privatum subeundum examen sed et ad aliud quod publicum nuncupatur et ad recipiend[illegible]
[illegible]tus insignia apicemque et honorem in facultatibus antedictis: Ac demum praelibatus dominus Vicarius auctoritate sibi in hac parte concessa eundem dominum Franciscum ut supra examinatum et approbatum ibidem praesentem [illegible]
pronuntiavit constituit: decrevit: et declaravit verum et legitimum Iuris civilis Canonicique doctorem ac sufficientem et idoneum ad habendum et exercendum officium et honorem doctoratus in eisdem facultatibus: eid[illegible]
[illegible] recipienti tanquam sufficienti et idoneo in dictis facultatibus de cetero legendi disputandi: docendi: Terminandi: interpretandi glosandi: Cathedram magistralem ascendendi illamque regendi in facultatibus [illegible]
et omnes alios et singulos actus doctoreos in eisdem publice et privatim exercendi hic et ubique locorum uti earundem facultatum doctoris et insignia doctoratus in ipsis recipiendi ubi et quando sibi libuerit plenam
et omnimodam licentiam dedit et concessit: Et illico in veram et actualem doctoratus possessionem praefatus dominus Iacopinus Riminaldus suo et compromotoris sui nomine. De consensu et voluntate omnium [illegible]
priorum doctorum collegij praenominati praesentium et consentientium insignia ipsius doctoratus eidem domino Francesci Hatta prout studiter petijt tradidit in hac forma. Nam librum eidem in manus tradidit clausum primo
deinde apertum. Birettumque sive diadema doctorale capiti eius imposuit: Subinde ipsum annulo aureo subarravit: eidem pacis osculum cum benedictione magistrali exhibendo ut idem dominus Francesci sic insignitus et [illegible]
natus in via coronetur in patria per eum pacificum et aeternum: qui vivit et est benedictus per infinita seculorum secula: Mandans praefatus dominus Vicarius dictusque noviter doctoratus Rogans me Notarium infra[illegible]
de praemissis omnibus et singulis publicum conficere Instrumentum pontificalis sigilli episcopatus Ferrariensis appensione munitum.
Actum Ferrariae in episcopali Palatio: Anno dominicae Nativitatis Millesimo Quingentesimo Decimo octavo Inductione sexta die decimonono mensis Maij praesentibus ibidem Testibus ad praemissa adhibitis vocatis et roga[illegible]
Spectabili [illegible] scholare domino Ioanne a furno Cive Mutinensi et domino Metello Cistertino laudensi et Spectabili Iuris utriusque doctori domino Antonio de Brusselio Mutinensi: et alijs in multitudine copiosa.

Ego [illegible] filius quondam Egregij viri ser Ludovici de Iacobellis apostolica et Imperiali auctoritate notarius publicus ferrariensis. Supradictis omnibus et singulis, dum sic agerentur et
fierent praesens fui. et rogatus scribere in scedis et scripturis meis publicis et authenticis scripsi. in quorum omnium [illegible] per alium transcribi feci me circa alia occupato. Et in praemissorum fidem hic me
subscripsi. Signumque meum Thabellionatus consuetum et cum nomine meo apposui

Doctoratus Fran^ci Natte q. Georgij.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881046524-15/fragment/page=0001
DFG

Morbio 24 (123)

Landesbibliothek

.1518. 19/8

Doctoratus D. Francisci Nattæ q. D. Georgij

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881046524-15/fragment/page=0002